

**MONVMENTA IVRIS LATINA
AESTIVA IN SCHOLA
APVD VNIVERSITATEM SINICAM HONGCONGENSEM
ANNO MMIX
LEGENDA**

4. Decisio diei 18 decembris 1984 Romanae Rotae

AD VSVM DISCIPVLORVM

LVCA LECTORE

utroque.iure@gmail.com

4. Decisio diei 18 decembris 1984, in *SRRD* vol. LXXVI, pp. 642-646.

Canon Law is one of the oldest legal systems in the world. Established by the Holy See in 1331, the Roman Rota is the oldest surviving court of appeal in the world. It is the court of appeal of the Catholic Church and applies Canon Law. This sentence which, dealt with marriage law, was delivered by the Roman Rota in 1984.

Grammatical points :

- *ablativus absolutus*

- indirect sentence

- *consecutio temporum*

Cultural points: 1) Ecclesiastical Latin. 2) Contemporary legal Latin

Further information: <http://www.newadvent.org/cathen/13205c.htm>

1 - Iulius, viarum ferratarum inspector, actor in causa, viduus tantum a paucis mensibus, atque octo filiis ornatus, mense martio 1969, Liviam, conventam, obviam habuit quae et ipsa, a quindecim annis vidua erat cum duabus filiabus.

Iam altero in congressu, partes ad commixtiones sexuales deveniebant, et Iulius statim conventae matrimonium proponebat.

Vir, numerosae suae familiae certe consulere intendebat, et alteram matrem sua pro sobole praebere cupiebat, tamen et ipse non absque amore erga mulierem eam in coniugem optabat. Livia, sua ex parte, amor erga Iulium etiam flagrans, propositum eius libenter acceptabat.

Nuptiae festinanter celebratae sunt die 30 augusti 1969 in paroeciali ecclesia Veronensi, nempe quinque ferme mensibus a sponsalibus interiectis.

Convictus coniugalis primis mensibus felix evasit, tamen paulatim deterior factus est ob aversionem filiorum actoris in Liviam. Brevem separationem, anno 1972, sequuta est, die 15 iulii 1974 illa definitiva, sancita ab auctoritate civili. Vir, tamen, uxorem separatam, in domicilio post separationem ab ipsa electum invisere perrexit.

Die 4 octobris 1975, Iulius, libertatem recuperandi cupidus, supplicem libellum Tribunali Ecclesiastico Venetiarum porrigerebat, matrimonium suum nullitatis accusando «ob simulationem totalem, vel, sin minus, partialem, ob exclusa a muliere Sacramenti, Fidei et Prolis bona», quibus postea addebantur capita erroris qualitatis et conditionis a viro appositae et non purificatae. Tribunal, tamen, novam accepit accusationem de conditione, et erroris caput in limine reiecit.

Perampla instructione peracta, Iudices primae instantiae, die 23 novembris 1978, sententiam edicebant votis actoris infensam pro omnibus allatis capitibus.

Die 13 martii 1979, actor ad Romanam Rotam appellabat; expostulans quoque ut causa videretur etiam ex capite erroris qualitatis redundantis in personam, tamquam in prima instantia, quod Exc.mus Decanus, rescripto diei 18 martii 1980, concessit.

Concordato dubio die 19 iulii insequentis, instructionis supplemento peracto, Iudices Tribunalis Romanae Rotae, coram Parisella, die 16 iunii 1983, respondebant: «Negative ad omnia, seu: Non constare de matrimonii nullitate, in casu, ex ullo nullitatis capite; illo quoque non excepto, errorem qualitatis respiciente, de quo tamquam in prima instantia». Die vero 4 octobris 1983, Cl.mus actoris Patronus appellationem interponebat ad Turnum sequentem tantum circa errorem qualitatis personae, nam omnia alia capita nullitatis dimissa sunt ob duplicem sententiam negativam. Et die 8 februarii 1984, dubium denuo concordatum est.

Commutatis memoriis defensionalibus, Nobis est respondendum in altero iurisdictionis gradu, dubio hac sub formula concordato: «An constet de matrimonii nullitate, in casu, propter errorem ab actore in persona vel in qualitate personae conventae, ad mentem can. 1097 aut propter dolum ex parte conventae, ad mentem can. 1098», seu potius, iuxta traditionalem N. Fori formulam, hoc in casu: An sententia Rotalis diei 16 iunii 1983 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

.....

Quibus omnibus, tam in iure quam in facto, rite perpensis, Nos, infrascripti Auditores de Turno sententiamus, ad dubium propositum respondentem: Non constare de nullitate matrimonii, in casu.

Romae, in sede Tribunalis Romanae Rotae, die 18 decembris a. 1984.

Ernestus Fiore

Nicolaus Ferraro

Elias Jarawan, Ponens